Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et pharisei congregati sunt pharisei:
interrogauit eos thesus dicens. Quid
uobis uidetur de xpo. cuius filius est?
Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo
ergo dauid in spiritu uocat eum dominum di
cens. Dixit dominus domino meo sede
a dextris meis. Donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo dauid uocat eum
dominum. quomodo filius eius est? Et ne
mo poterat respondere ei uerbum. neque au
sus fuit quisquam ex illa die amplius
eum interrogare. Capitulum. xxiii.
Tunc thesus locutus est
ad turbas. et ad discipulos
suos dicens. Super ca
thedram moysi sederunt scribe et
pharisei. Omnia ergo quecumque dixerint
uobis seruate. et facite. secundum uero opera
eorum nolite facere. Dicunt enim et
non faciunt. Alligant enim onera
grauia et inportabilia. et ponunt in
humeros hominum. digito autem suo
nolunt ea mouere. Omnia uero
opera sua faciunt ut uideantur ab
hominibus. Dilatant enim phylacte
ria sua. et magnificant fimbrias.
Amant autem primos recubitus in ce
nis. et primas cathedras in synago
gis. et salutationes in foro. et uo
cari ab hominibus rabbi. Vos autem
nolite uocari rabbi. Unus enim est
magister uester qui in celis est. Omnes
autem uos fratres estis. Et patrem nolite
uocare uobis super terram. Unus
enim est pater uester qui in celis est. nec
uocemini magistri quia magister ues
ter est xpe. Qui maior est uester
erit minister uester. Qui autem se exal
tauerit humiliabitur. et qui se humilia
uerit exaltabitur. Ve uobis scribe et
pharisei ypocrite qui clauditis regnum
celorum ante homines. Vos enim
non intratis. nec introeuntes si
nitis intrare. Ve uobis scribe et
pharisei ypocrite qui comedistis do
mos uiduarum. orantes longas ora
tes. Propter hoc amplius accipietis
iudicium. Ve uobis scribe et pha
risei ypocrite qui circuitis mare et
aridam. ut faciatis unum proselytum.
Et cum fuerit factus eum filium
gehenne. duplo quam nos. Ve uobis
ductores ceci. qui dicitis quicuique iu
rauerit per templum nihil est. quod autem
iurauerit in auro templi. debet. Stul
ti et ceci. quid enim maius est. aurum.
an templum qui sanctificat aurum. Et
quicuique iurauerit in altari nihil est.
quod autem iurauerit in dono quod super
illud est. debet. Ceci. quid enim est maius.
donum. an altare qui sanctificat donum.
Qui ergo iurat in altari iurat in
eo et in omnibus que super illud.
Et qui iurat in templo iurat in
illo. et in eo qui habitat in ipso. Et
qui iurat in celo iurat in throno
dei. et in ipso qui sedet super eum. Ve
uobis scribe et pharisei ypocrite qui de
cimatis mentam et ciminum. et
anetum. et cyminum. et relinquistis que
maiora sunt legis. iudicium et
misericordiam et fidem. hec oportuit facere.
et illa non omittere. Ductores ceci. exco
lantes culicem. camelum autem glu
tientes. Ve uobis scribe et pha
risei ypocrite qui mundatis quod
deforis est calicis. et parapsidis.
intus autem plenum estis rapina. et
immundicia. Phrisee ceci. munda
prius quod intus est calicis. et pa
rapsidis. ut fiat et id quod deforis
est mundum. Ve uobis scribe et